



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Proficiscitur in Hispanias, ibidem

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1583.

V. Imperato deinde *Edmundo Hayo*, & *Guilielmo Chreytono* Scotis qui
 Scotiæ inuigilarentiuuandæ, hunc cum *Rodulpho Emersono* (qui fuerat *Cam-*
piano itinerum focius) tentare iussit adutum: Is feliciter confectis negotijs
 Aprilis mensis anni octogesimi secundi reuerlus, Romam petijt ad vltiora
 de ea missione captanda consilia. *Personius* dum haeret in Galliis beneficentia
Ducis Guij. domum parat excipiendis adolescentibus Anglis, atque ad la-
 tini sermonis vnum instituendis *Augij.*, in finibus Normandiæ quâ Angliam
 proximè sp̄cat, & quò paucarum horarum non difficiili traiectu possent
 iuuenes delabi. Centum libras nostræ monetæ, hoc est, quadringen-
 tos aureos Italicos, ex æratio suo Dux constituit quotannis persoluendos;
 stetitque solutio dum ille viueret ad annum octogesimum octauum. Ea
 domo constituta *Personius* in Hispanias profectus, Regi Philippo affi-
 ciatam rei Catholici caulam tanta vi, tantaq[ue] au[toritate] explicit, vt bis
 mille ducatos in singulos annos Rhemensi Seminario decreuerit, & vige-
 fices, & quater mille *Iacobo Scotiae* Regi iterato numerari iussit, quo
 adolescentem Principem conciliaret, & eius matrem in Anglia iusu Eli-
 zabethæ cinctam custodibus solaretur: quod quanto studio egerit ipsius-
 met literæ ad Chreytonum datae testantur his verbis. Ego ab anno octo-
 gesimo, quo primùm in Angliam mandato Superiorum appuli, Regis
 Scotiæ commodis studere omni qua potui ratione capi; & statim qui-
 dem *Guilielmum VVaytes* Sacerdotem meis expensis in Scotiam ex An-
 glia misi. Patrem deinde *Holtum* submisi: Et cum haec initia non ma-
 le succederent, scripsi ad Reuerendissimum Patrem Nostrum vt aliquot
 viri Societatis ex gente vestra in Scotiam mitterentur: cumq[ue] statutum
 esset vt R. V. experiendi gratiâ præmitteretur, facilè recordabitur qua a-
 animi alacritate Rotomago ei adfui; adeo vt locum vnicum quem habe-
 bam mihi ipsi detraxerim vt Reuerentiam Vestram in Scotiam sequeretur. Re-
 uertenti deinde Reuerentia Vestra neque consilio, neque opere vinquam
 defui: Iter arduum ac difficultimum in Hispaniam, Olyssiponem usque lufce-
 pi cum magno vitæ periculo; neque cum minori aliud deinde in Flandriam,
 ac tertium denum Romanum usque. Atque haec omnia post Deum Regis Sco-
 tiæ matrile suæ in gratiam, quibushicet ad vota quæ cupiebantur non esset
 utilis opera mea, duabus tamen vicibus viginti quatuor aureorum millia à
 Rege Hispaniæ in eorum vnum impetravi, & à summo Pontifice Gregorio
 decimotertio quatuor millia: Cuiusmodi nescio an alij præstiterint offi-
 cia: Horum tamen cogor mentionem facere vt eis opponam qui Regi
 me Scotiæ aduersarium faciunt: Ad quos refutando nemo testis locu-
 pletior esse potest quam Reuerentia Vestra, quæ haec omnia nouit, & me-
 minisse potest. Haec *Personius*. Qui & *Alano* apud Catholicum Regem
 laudato stravit viam ad Cardinalis dignitatem; quâ deinde auctus, So-
 ciетati vniuersitæ, atque imprimis *Personio* acceptam eam refert haec scri-
 bens ad eum quem sibi in Rhemensi Seminario Præsidem substituerat.

Læta

Personius
 imperat
 domiciliū
 iuuenibus
 Anglis
 Aug.j.

Profici-
 tur in His-
 panias,

Literæ Per-
 sonij ad
 Chreyto-
 num de
 scotia,

Promouet
 & Alanum
 ad Cardi-
 nalatum,